

huius est 88. gr. 1. mi. sinus eius 848 14. hunc duco in sinū altitudinis poli August. 74702. productum diuido in totum, & quotiens dat 63358. cuius arcus est 39. gra. 19. mi. sinus cōplementi huius ipse est diuisor. Iam duco sinum cōplementi altitudinis poli 66479. in totum, productū diuido in diuisorē, & pueniunt in quotiente 85929. arcus eius 59. gra. 14. mi. de 90. subductus, relinquit à se 30. gra. 46. mi. altitudinem scilicet illam poli super semicirculum positionis quem scire uolebam.

PRONVNCIATVM LXXXIII.

Altitudinem poli super semicirculum positionis per arcum æquatoris inter eum & meridianum conclusum, diuersa ratione colligere.

Propositio idem & quærit & præsupponit quod superior, puta arcum æquatoris, sinum cōplementi eius arcus duc in sinum altitudinis poli, & diuide quotientē in totum, sinū uero cōplementi huius quotientis tibi ppone, simul & sinum arcus æquatoris suppositū, minorē cum toto multiplica, & per maiorē, more solito, diuide, hinc quotientē rursus duc in sinum altitudinis poli, productum diuide in sinum pfectū, & arcus quotientis dabit altitudinē poli quæ sita sup semicirculū positionis. Exemplū cape, & in hac re tibi nō molestū erit. Esto ut sit arcus æquatoris, sicut antea inter meridianū & semicirculū positionis imaginariū locum \odot ipsa hora Intronisatiōis 31. gra. 59. mi. sinus sui cōplementi est 848 14. eum duco in sinū latitudinis August. 74702. & post diuisionē sinus pfecti, quotiens exhibet minorē 63358. arcus porrò est 39. gra. 19. mi. Complementū eius 50. gra. 41. mi. sinus illius est diuisor 77365. iam duco sinū 31. gra. 59. mi. s. 52967. in totum, productum diuido in ipsum diuisorē, & quotiens profert 68464, eum rursus duco in sinū altitudinis poli 74702. productum diuide in totum, & quotiens erit 51154. cuius arcus est 30. gra. 46. mi. altitudo poli super semicirculum positionis inquisita.

PRONVNCIATVM LXXXV.

Declinationem stellæ ab æquatore si quam habet cognoscere.

Trifariā quæri potest declinatio, quædā em stellæ siue puncta sunt in arcu, qui transit per polos zodiaci, & per principia γ & α , quæ scilicet in principio γ uel α sunt secundū longitudinē, quædā rursus in principio σ uel ρ sunt, quæ rursus peculiarē habent rationē, & similiter hinc inde extra illos circulos duos sparsim conspiciuntur.

De stellis quæ sunt in principio γ uel α .

Hic si stellā aliquā cōspexeris, duc sinū latitudinis stellæ in sinum cōplementi maximæ declinatiōis \odot , & productū diuide in totum, arcus quotientis monstrabit declinationem stellæ propositæ.

De ijs quæ sunt in principio σ uel ρ .

Si latitudo stellæ fuerit septentrionalis, & stella ipsa in principio σ , tunc adde maximam \odot declinationē ad latitudinē stellæ, & habebis eius declinationē: si autē latitudo stellæ meridionalis extiterit, stella existente in principio σ , & tūc latitudo sit 23. gra. 30. mi. subtrahes tūc declinationē nullā habebit. Adhuc si latitudo sit minor maxima \odot declinatione, subtrahes tūc latitudinē stellæ à maxima \odot declinatione, & remanebit declinatio stellæ septentrionalis. At si latitudo stellæ fuerit maior maxima declinatione \odot , subtrahes inde maximam illā \odot declinationē, & residuū erit declinatio ipsa stellæ meridionalis. Simili modo operare etiam si stella fuerit in principio ρ , nisi quod tunc inuertenda sunt omnia, & ubi hic septentrionem habuisti, illic pones meridiem, & econtra.

De stellis quæ alibi positæ sunt extra illos duos circulos.

Principio hic uide, an stella ad σ uel ρ ppius accedat, siue secundū siue cōtra ordinē signorum, eius distantia sinū duc in sinum maximæ declinatiōis \odot , & diuide in totum, arcus quotientis huius ex 90. subductus, relinquet inuentū primū. Deinde ppone tibi sinum cōplementi primi inuenti, & sinū cōplementi maximæ declinationis \odot , minorē duc in totum, productum diuide in maiorē, sinus quotientis ex 90. subtractus, reliquū tibi faciet inuentum secundū: quod etiā nomē habebit à medietate eclipticæ in qua stella ista est, proinde si fuerit in medietate septentrionali, dicet inuentum secundū septentrionale. Et hoc ipsum deinde